



## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm  
Christianarvm Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helmestadi[i], 1671**

Cap. XI. Cur Ioannem baptistam interfecit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

ECCLESIAE LIB. I.

anno propter insolentiam devoluto, regnum dividi-  
tur in Tetrarchias, *Herodi* juniori fratri, cum Philip-  
po, & cum Lisania

C A P. X.

*De Herode Filio Herodis.*

**H**ic autem *Herodes minor*, brevi interjecto tempore, *Ioannem Baptistam* capite punit, virum valde bonum, qui præcipiebat Iudeis virtuti operam dare, justitiam inter se custodire, & in Deum servare pietatem, per baptisma in unum convenire, tamen ad abluenda peccata, quam ad castimoniam corporis & animæ servandam.

C A P. XI.

*Cur Ioannem baptistam interfecit.*

**H**unc, inquam, capite punit, pro eo quod objurgabatur ab eo de *Herodiade*, quam abstulerat fra-  
tri suo *Philippo*, legitima uxore depulsa, & quia vere-  
batur propter doctrinam ejus plurimos à suo regno  
discedere. Solâ hac igitur suspicione Herodis, & ob-  
jurgatione, vincitus in castellum Macheronta *Ioannes*  
abducitur, ibique capite obtruncatur.

C A P. XII.

*De Domino Salvatore nostro.*

**P**Er idem tempus Evangelicam latè seminat præ-  
dicationem Dominus *Iesus*, & duodecim ex omni-  
bus elit, quos præferens sectatoribus suis, speciali-  
ter *Apostolos* nominat. Post hos LXXII. elegit discipu-

A 3

los.